

,, tuor, vini mensura quatuor, farina modii quatuor,
 ,, gallina viginti. A Vico denique decem habente fu-
 ,, maria, quinque argentei, agnus unus, hordei mo-
 ,, dii duo, vini mensura dua, farina modii duo, gal-
 ,, lina decem. Καδὼς ἐν τοῖς σιγίλλοις τῶν παλαιῶν πρα-
 ,, κτικῶν ἀναγράφονται, καὶ ἡ σύμφωνος κατάθεσις τῶν ὅλων
 ,, δεματικῶν παρέστησε τῇ βασιλείᾳ μῆ. Quemadmodum
 ,, & in Veterum Exactorum sigillis hac scripta sunt, &
 ,, majestati meae consentiens omnium depositio provin-
 ,, ciarum probavit ,, . Hac Isaacii Comneni dispositio
 ,, fultor habetur in Jure Orientali apud Bosphidum p. 36.
 ,, Eiusdem mentio fit in Scholio (1) ad Constantini Har-
 ,, menopoli sect. 1. tit. 4. [In Jur. Græc. Rom. pag. 7.]
 ,, his verbis : ,, Aurea vero Bulla Imperatoris Isaacii
 ,, Comneni, quam ratam esse jussit & Synodica sen-
 ,, tentia Patriarchæ Michaëlis hac verba continet. In
 ,, ordinatione Sacerdotum, & in Canonico, antiqua
 ,, Sanctio vigorem obtineant: neve quid amplius in or-
 ,, dinatione capiat Episcopus, qui Sacerdotes ordinat,
 ,, præter VII. nummos dumtaxat aureos: unum, quan-
 ,, do eum Lectorem facit: tres, quando Diaconum or-
 ,, dinat: & alios tres, quando eum Sacerdotem facit.
 ,, Similiter nomine Canonici, a Vico habente triginta
 ,, sumaria, nummum aureum unum accipiat, argenteos
 ,, duos, arietem unum, hordei modios sex, vini men-
 ,, suras sex, farina modios sex, & gallinas xxx. Hac
 ,, autem confirmavit & aliud monumentum Synodicum
 ,, Patriarchæ Nicolai ,, . Eadem habet Matthæus Bla-
 ,, stares in Syntagmate Alphabetico lit. X. cap. 18. [apud
 ,, Beveregium in Synodico Tom. 2. pag. 269.] ,, De Ca-
 ,, nonico, & de iis quæ pro Ordinatione solvuntur. Ex
 ,, eodem Vico, ubi est Ecclesia, pro ratione locorum,
 ,, & discretionem Episcopi, Clerici ordinentur, & pro-
 ,, prium agnoscunt Κεφαλῆταινα, Capitulum. Hujusce-
 ,, autem Canonici causa, & eorum, quæ pro ordina-
 ,, tione ex consuetudine data erant, Aurea Bulla Ve-
 ,, nera

(1) Videtur id Scholion editum a Philotheo Patriarcha Constantinopolita-
 no, qui Harmenopoli, Synchronus fuit, & ad eum quædam scripsit.